iudicii correcturos esse perhibent. Per ideo dixit condemp-
nabunt quia ipsi iudicabunt. sed quia ex ipsorum com-
paratione isti merito dampnabuntur. Rursus alio
[illegible] de hominum bonorum et malorum nunc permixtione
post separatione, que utique die iudicii futura est. loquitur
[illegible] adhibuit similitudinem de tritico seminato
et super seminatis zizaniis. Eamque suis exponens
[illegible] seminat inquit bonum semen est filius
hominis [illegible] autem est mundus. Bonum autem semen:
hii sunt [illegible] regni. Zizania autem: filii sunt nequam. Ini-
micus [illegible] qui seminavit ea: est diabolus. Messis vero
consummatio seculi est. Messores autem: angeli sunt. Sicut ergo
colliguntur zizania et igni comburuntur: sic erit
in consummatione seculi. Mittet filius hominis an-
gelos suos et colligent de regno eius omnia scandala:
et eos qui faciunt iniquitatem. et mittent eos in ca-
minum ignis [illegible] ibi erit fletus et stridor dentium. Tunc
iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Qui
habet aures audiendi: audiat. hic iudicium quidem
vel diem iudicii non nominavit: sed eum multo cla-
rius [illegible] rebus expressit et in fine seculi futurum esse pre-
dixit [illegible] discipulis suis. Amen inquit dico vobis:
quod vos qui secuti estis me. in regeneratione cum
sederit filius hominis in sede maiestatis sue. sede-
bitis et vos super sedes duodecim. iudicantes duode-
cim [illegible] tribus israel. Hic discimus
cum [illegible] discipulis iudicaturum [illegible]. Ubi et ali-
[illegible] ergo in [illegible]
[illegible] ipsi iudices erunt.
[illegible] super duodecim sedes sessuros esse ait. du-
odecim homines cum illo iudicaturos [illegible]
[illegible] duodenario quippe numero universa
[illegible] significata est iudicantium multitudo
[illegible] partes numeri septenarii quo significatur
[illegible] universitas. Que due partes id est tria
et quattuor. altera per alteram multiplicate. duode-
cim faciunt. Nam et quater terna et ter quaterna: duode-
cim sunt. Et si qua alia huius duodenarii numeri
quod ad hoc valeat ratio reperitur. Alioquin, quoniam in
locum iude traditoris apostolum mathiam legimus or-
dinatum: apostolus paulus qui plus omnibus illis la-
boravit. ubi ad iudicandum sedeat non habebit. Qui
profecto cum aliis sanctis ad numerum iudicum se pertinere
demonstrat cum dicit. Nescitis quia angelos iudi-
cabimus? [illegible] quam iudicandis. in hoc numero duo-
denario [illegible] causa est. Non enim quia dictum est.
[illegible] duodecim tribus israel. tribus levi que tertia
[illegible] iudicanda non erit aut solum illum
[illegible] gentes ceteras iudicabit. Quod autem ait.
[illegible] regeneratione: procul dubio mortuorum resurrectionem

nomine voluit regenerationis intelligi. Sic enim caro
nostra regenerabitur per incorruptionem: quemadmodum
anima nostra est regenerata per fidem. Multa pretereo. que de ultimo
iudicio ita dici videntur ut diligenter considerata reperiantur
ambigua. vel magis ad aliud pertinentia. sive scilicet
ad eum salvatoris adventum quo per totum hoc tempus
in ecclesia sua venit. hoc est in membris suis particulatim at-
que paulatim. quoniam tota corpus eius est. sive ad excidium ter-
rene ierusalem. quia et de illo cum loquitur. plerumque sic
loquitur tamquam de fine seculi atque de illo die iudicii no-
vissimo et magno loquatur: ita ut dinosci non possit omnino.
nisi ea que apud tres evangelistas matheum marcum et lucam
de hac re similiter dicta sunt. inter se omnia conferantur.
Quedam quippe alter obscurius alter explicat planius
ut ea que ad unam rem pertinentia dicuntur appareat
unde dicantur. Quod facere utcumque curavi in quadam
epistola. quam rescripsi ad beate memorie virum hesicium
salonitane urbis episcopum. Cuius epistole titulus est. de fine seculi.
Pendeam illud hic [illegible]. quod in evangelio secundum mathe-
um de separatione bonorum et malorum legitur per iudicium
presentissimum atque novissimum christi. Cum autem venerit
inquit filius hominis in maiestate sua et omnes angeli
cum eo. tunc sedebit super sedem maiestatis sue. et congrega-
buntur ante eum omnes gentes. et separabit eos ab in-
vicem sicut pastor segregat oves ab hedis. et statuet
oves quidem a dextris suis hedos autem a sinistris. Tunc
dicet rex hiis qui a dextris eius erunt. Venite benedicti patris
mei possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi.
Esurivi enim et dedistis michi manducare. Sitivi et de-
distis michi bibere. hospes eram et collegistis me. Nudus
et cooperuistis me. Infirmus eram et visitastis me [illegible]
respondebunt ei iusti dicentes. Domine quando te vidimus
esurientem et pavimus. sitientem et dedimus tibi potum?
Quando autem te vidimus hospitem et collegimus te. Aut
nudum et cooperuimus te. Aut quando te vidimus infirmum
aut in carcere et venimus ad te? Et respondens rex di-
cet illis. Amen dico vobis quamdiu fecistis uni ex hiis
fratribus meis minimis michi fecistis. Tunc dicet inquit
et hiis qui a sinistris erunt. Discedite a me maledicti
in ignem eternum, qui paratus est diabolo et angelis eius.
Deinde similiter etiam hiis enumerat. quod illa non fece-
runt. que dextros fecisse memoravit. Similiterque inter-
rogantibus quando eum viderint in horum indigentia con-
stitutum: quod minimis suis non factum est. sibi factum non fuisse
respondet. Sermonemque concludens: et ibunt inquit hii
in supplicium eternum. iusti autem in vitam eternam. Iohannes
vero evangelista apertissime narrat eum in resurrec-
tione mortuorum futurum predixisse iudicium. Cum
enim dixisset. neque enim pater iudicat quemquam. sed iu-
dicium omne dedit filio ut omnes honorificent filium

sicut honorificant patrem. qui non honorificat filium non honorificat patrem qui misit illum. Protinus addidit. Amen amen dico vobis. quia qui verbum meum audit et credit ei qui misit me. habet vitam eternam. Et in iudicium non veniet. sed transiet a morte in vitam. Ecce hic dixit fideles suos in iudicium non venire. Quomodo ergo per iudicium separabuntur a malis et ad eius dexteram stabunt. nisi quia hoc loco iudicium pro dampnatione posuit? In tale quippe iudicium non venient qui audiunt verbum eius. et credunt ei qui misit illum. Deinde adiungit et dicit. Amen amen dico vobis. quia venit hora et nunc est quando mortui audient vocem filii dei. Et qui audierint vivent. Sicut pater habet vitam in semetipso. sic dedit et filio vitam habere in semetipso. Nondum de secunda resurrectione id est corporum loquitur que in fine futura est. sed de prima que nunc est. Hanc quippe ut distingueret ait. Venit hora et nunc est. Non autem ista corporum sed animarum est. Habent enim et anime mortem suam in impietate atque peccatis. Secundum quam mortem mortui sunt. de quibus idem dominus ait. Sine mortuos sepelire mortuos suos. ut scilicet in anima mortui in corpore mortuos sepelirent. Propter istos ergo impietate et iniquitate in anima mortuos. venit inquit hora et nunc est. quando mortui audient vocem filii dei. Et qui audierint vivent. Qui audierint dixit. qui obedierint. qui crediderint et usque in finem perseveraverint. Nec fecit hic ullam differentiam bonorum et malorum. Omnibus enim bonum est audire vocem eius et vivere et ad vitam pietatis ex impietatis morte transire. De qua morte ait apostolus paulus. Ergo omnes mortui sunt. Et pro omnibus mortuus est. ut qui vivunt iam non sibi vivant. sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit. Omnes itaque mortui sunt in peccatis nemine prorsus excepto. sive originalibus sive etiam voluntate additis. vel ignorando. vel sciendo. nec faciendo quod iustum est. Et pro omnibus mortuis mortuus est unus id est. nullum habens omnino peccatum. ut qui per remissionem peccatorum vivunt iam non sibi vivant sed ei qui mortuus est propter peccata nostra et resurrexit propter iustificationem nostram. ut credentes in eum qui iustificat impium. ex impietate iustificati tamquam ex morte vivificati ad primam resurrectionem que nunc est pertinere possimus. Ad hanc enim primam non pertinent. nisi qui beati erunt in eternum. Ad secundam vero de qua mox locuturus est. et beatos pertinere docebit et miseros. Ista est misericordie illa iudicii. Propter quod in psalmo scriptum est. Misericordiam et iudicium cantabo tibi domine. De quo iudicio consequenter adiunxit. atque ait. Et potestatem dedit ei et iudicium facere. quia filius hominis est. Hic ostendit. quod in ea carne veniet iudicaturus. in qua venerat iudicandus. Ad hoc enim ait. quoniam filius hominis est. Ac deinde subiungens unde agimus nolite inquit mirari hoc quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem filii dei. et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vite. qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicii. Hoc est illud iudicium quod paulo ante sicut nunc pro dampnatione posuerat dicens. Qui verbum meum audit et credit ei qui misit me. habet vitam eternam. Et in iudicium non veniet. sed transiet a morte in vitam. Id est pertinendo ad primam resurrectionem qua nunc transitur a morte ad vitam in dampnationem non veniet. quam significavit appellatione iudicii. sicut etiam hoc loco ubi ait qui mala egerunt in resurrectionem iudicii id est. dampnationis. Resurgat ergo in prima. qui non vult in secunda resurrectione dampnari. Venit enim hora et nunc est quando mortui audient vocem filii dei. Et qui audierint vivent id est. in dampnationem non venient. que secunda mors dicitur. In quam mortem post secundam que corporum futura est resurrectionem precipitabuntur. qui in prima que animarum est non resurgunt. Veniet enim hora. ubi non ait et nunc est. quia in fine erit seculi. hoc est. in ultimo et maximo iudicio dei. quando omnes qui in monumentis sunt audient vocem eius. et procedent. Non dixit quemadmodum in prima. et qui audierint vivent. Non enim omnes vivent. ea vita scilicet. que quoniam beata est sola vita dicenda est. Nam utique non sine qualicumque vita possent audire et de monumentis resurgente carne procedere. Quare autem non omnes vivent. in eo quod sequitur docet. Qui bona inquit fecerunt in resurrectionem vite. hii sunt qui vivent. Qui vero mala egerunt. in resurrectionem iudicii. Hii sunt qui non vivent. quia secunda morte morientur. Mala quippe egerunt. quia male vixerunt. Male autem vixerunt. quia in prima que nunc fit animarum resurrectione non revixerunt aut in eo quod revixerunt non in finem usque manserunt. Sicut ergo due sunt regenerationes de quibus iam supra locutus sum. una secundum fidem que nunc fit per baptismum. altera secundum carnem que fiet in eius incorruptione atque immortalitate. per iudicium magnum atque novissimum. ita sunt et resurrectiones due. Una prima que nunc est et animarum est que venire non permittit in mortem secundam. alia secunda que non nunc est. sed in seculi fine futura est nec animarum sed corporum est. que per ultimum iudicium alios mittit in secundam mortem. alios in eam vitam que non habet mortem. De hiis duabus resurrectionibus idem iohannes evangelista in libro qui dicitur apocalipsis eo modo locutus est. ut earum prima a quibusdam nostris non intellecta. etiam in quasdam ridiculas fabulas verteretur. Ait quippe in libro memorato iohannes apostolus. Et vidi angelum descendentem de celo habentem clavem abyssi et cathenam in manu sua. Et tenuit draconem. illum

tatem ab eis seducendis ac possidendi-
-di, cohibuit atque frenavit. Mille ann-
modis possunt quantum mihi occurrit inte-
in ultimis annis mille ista res agitur
miliario tamquam sexto die cuius nunc sp-
volvuntur. secuturo deinde sabbato q-
am, requie scilicet sanctorum que non habet finem, ut hu-
quam diei novissimam partem que remaneb-
num seculi mille annos appellaverit, eo lo-
pars significatur a toto. aut certe mil-
nis omnibus huius seculi posuit ut perfecto nu-
ipsa temporis plenitudo. Millenarius q-
denarii numeri quadratum solidum
decies ducta fiunt centum. Que iam fi-
plana est. Ut autem in altitudinem surga-
rursus centum decies multiplicantur
Porro si centum ipsum pro universitate aliquan-
esse illud est, quod dominus omnia sua dimitt-
ti promisit dicens accipiet in hoc seculo
exponens quodammodo apostolus ait quasi nihil
possidentes quia et antea iam dictum erat. fi-
totus mundus divitiarum est. quanto magis
sitate ponuntur ubi est soliditas ipsiu-
ture. Unde nec illud melius intellig-
mo legitur. Memor fuit in seculum testa-
mandavit in mille generationes. id-
sit illum inquit in abyssum. utique
abyssum. Quo nomine significata est in-
numerabilis impiorum. quorum in malig-
[illegible] multum profunda [illegible]
ibi autem non erat. sed ideo illuc dicitur missus
credentibus plus cepit impios possi-
possidetur a diabolo. qui non solum
verum etiam gratis odit servientes de-
et signavit super eum. ut non sedu-
donec finiantur mille anni. Clau-
est, interdixit ei ne posset exire id est veti-
Signavit autem quod addidit significa-
quia occultum esse voluit qui pertinea-
aboli et qui non pertineant. Hoc quippe in
latet. quia et qui videtur stare utr-
et qui videtur iacere utrum sit sur-
est. Ab eis autem gentibus seducendis hu-
et claustro diabolus prohibetur atque co-
tinentes ad Christum seducebat antea u-
enim deus elegit ante mundi constitu-
potestate tenebrarum et transferre
claritatis sue, sicut apostolus dicit. Nam
gentes etiam nunc et secum trahere in e-
non predestinatas in eternam vitam. qu-

qa sepe diabolus seducit etiam illos qui re
xpo vias ingrediuntur dei. Novit enim
Ex hiis in eternam dampnationem nemi
m seducit. Sic enim eos novit dominus ut deus quem
m futurorum non ut homo qui hominem ad pre
sens videt cuius cor non videt. Qualis autem postea
se ipsum videt. Ad hoc ergo ligatus est diabolus
abysso ut iam non seduceret gentes ex quibus
antea seductas tenebat antequam esset
m. Non enim dictum est ut non seduceret aliquem. Sed ut non se
iam gentes. In quibus ecclesiam procul dubio
gi. donec finiantur inquit mille an
od remanet de sexto die qui constat ex mil
omnes anni quibus deinceps hoc seculum pa
sit adimplendum est quod ait ut non seduce
ret donec finiantur mille anni: quasi
turus eas dumtaxat gentes ex quibus pre
t ecclesia. a quibus seducendis illo est vin
prohibitus. Sed aut illa locutione dictum est
aliquotiens invenitur. qualis est in psal
ad dominum deum nostrum donec misereatur
cum misertus fuerit non erunt oculi servorum eius
suum. aut certe iste est ordo verborum. Et
navit super eum donec finiantur mil
o interposuit ut non seduceret iam gentes. i
hunc ordinis connexione sit liberum et se
ndum videtur si postea adderetur. ut sic se haberet
ausit et signavit super eum donec finiantur
n seduceret iam gentes. Id est ideo clausit
tur mille anni ut non seduceret iam gentes.
oportet eum solvi brevi tempore. Si
ligari et includi diaboli est ecclesiam non posse sedu
solutio eius erit posse. Absit. Numquam
clesia seducetur predestinata et electa an
tionem. de qua dictum est. Novit dominus qui sunt
hic erit etiam illo tempore quo solvendus
t ex quo est instituta hic fuit et erit omni
s utique qui succedunt nascendo mori
ulo post dicit quod solutus diabolus seductas
terrarum attrahet in bellum adversus
stium numerus erit ut arena maris. Et
super terre latitudinem et cinxerunt
dilectam civitatem et descendit ignis de
edit eos. Et diabolus qui seducebat eos
gnum ignis et sulphuris. ubi et bestia
cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum
m ad iudicium novissimum pertinet.
commemorandum putavi ne quis existi
rvo tempore quo solvetur diabolus
siam non futuram. illo hic eam vel non

velox super maleficos et super adulteros [illegible]
[illegible] comprehensibilibus commentariis [illegible] addidit. [illegible]
ego dominus deus vester et non mutor. [illegible]
[illegible] culpa [illegible]
mea. Ego non mutor. Testem [illegible]
[illegible]

Juniano 1598. No 6.

159

[illegible] agendo [illegible] diligit [illegible]
[illegible] diligat filium [illegible]
[illegible] qui ipse xpm [illegible]
[illegible] adiutum [illegible] a xpo [illegible] quia hec putam
[illegible] [illegible] prius [illegible] dilec
tive dilectionem patris in filium. Ideo [illegible] et co
[illegible] ad [illegible] quid insulae [illegible] intelligitur.
[illegible] xpm [illegible] cum [illegible] sit [illegible]
dei [illegible] formam servi accipiens [illegible] Terra
primus [illegible] helyas, ne forte [illegible]
[illegible] terram [illegible] Terra [illegible]
na [illegible] carnales [illegible]
tio contra dominum murmura, [illegible] quia [illegible] pla
centes [illegible] est qui servit deo.

Multa alia sacre scripture testimonia divinitatis
[illegible] nostro [illegible] omnia collecta nimis
longum esset. Satis [illegible] et notus et [illegible]
[illegible] pronunciatum [illegible] xpm
[illegible] iudicium [illegible] de celo esse
[illegible] expressum [illegible]
[illegible] dominus deus [illegible]
[illegible]
[illegible] pater [illegible] filius [illegible] tamen intel
[illegible] primo [illegible] demonstrandum
[illegible] quemadmodum [illegible]
phetas [illegible]
[illegible] dominus deus
[illegible] Est locus
apud ysaiam [illegible] hec [illegible] evidenter ostendit.
Deus enim [illegible] audi me inquit iacob et israel
quem ego [illegible] Ego sum primus et ego novissimus,
et ego in sempiternum. Manus mea fundavit terram
et dextera mea firmavit celum, vocabo eos et stabunt
simul, et congregabuntur omnes et audient. [illegible]
[illegible] Diligens te [illegible] voluntatem [illegible]
[illegible] terram [illegible]
et ego vocavi [illegible] eum [illegible]
[illegible] et audite hec [illegible]
[illegible] Et nunc [illegible]
[illegible] deus [illegible] Semper [illegible] qui le
[illegible] dominus deus [illegible] intelligitur [illegible]
[illegible] dominus deus misit me et spiritus eius. Hec enim
[illegible] formam servi [illegible] veniens [illegible]
[illegible] quemadmodum apud eundem prophetam
legitur. Sicut ovis ad [illegible] ductus est.
[illegible] ducetur [illegible] futurum [illegible]
[illegible] posuit et [illegible] propheta [illegible]
[illegible] Est alius locus apud zachariam [illegible]
[illegible] ostendit [illegible] omnipotentem [illegible]
[illegible] misit [illegible] scriptum

[illegible]
[illegible] tangit nos [illegible] qui tangit
[illegible] manum meam
[illegible] servient [illegible] cognoscetis
[illegible] misit [illegible] dicit dominus omnip
[illegible] omnipotente [illegible] Cum [illegible]
[illegible] omnium [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] excellentissimum [illegible]
[illegible] Et [illegible] omni [illegible]
[illegible] post [illegible] resurrectionem [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] quod in psalmo legitur [illegible]
omnibus [illegible] me [illegible]
spoliaverunt [illegible]
[illegible]
[illegible] ipsi [illegible]
[illegible]
[illegible] Spolia [illegible]
[illegible] fortis [illegible] alligato [illegible]
[illegible] loquens [illegible]
[illegible] auferre omnes gentes [illegible]
et effundam super domum david [illegible]
ierusalem spiritum gratie [illegible]
[illegible] et plangent super eum planctum quasi
super carissimum et dolebunt dolore [illegible] super unige
nitum. [illegible] auferre omnes gentes [illegible]
[illegible] civitatis ierusalem [illegible] contra eam
[illegible] vel sicut alii [illegible] interpretati. venient
[illegible] super eam [illegible] subiciant. aut effun
dere super domum david et super habitatores eiusdem
civitatis spiritum gratie et misericordie. [illegible] deus est [illegible]
[illegible] propheta [illegible] Ecce tamen hunc [illegible] tam mag
[illegible] divina [illegible] se ipsum xpm ostendit [illegible]
[illegible] dicendo. Et aspicient ad me [illegible]
[illegible] et plangent super eum planctum
quasi super carissimum [illegible] dilectum et dolebunt
dolore [illegible] super unigenitum [illegible] quippe [illegible]
[illegible] spiritum gratie et misericordie
[illegible] passione [illegible] xpo enim ad [illegible]
[illegible] maiestate venientem [illegible] cog
noverunt quem [illegible] humilem in suis [illegible] il
[illegible] et ipsi [illegible] tante illius
[illegible] resurgentes [illegible]
[illegible] ad hunc [illegible] Non [illegible] hoc loco ipsi
intellig[illegible] et effundam super domum
david et super habitatores ierusalem spiritum [illegible]